



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

Contraria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

OVALES.  
CONTRARIA.

Eunuchos iungere matrimonio, id quod  
contra naturam est, & alteri parti est occasio  
peccatorum; vel saltem mœsticia perpetua & no-  
xia. Alia vero res est, quando post contractum  
& consummatum matrimonium, damna acci-  
dunt, que vinculum coniugij minime dissolunt.

Impuberes despōnare, nec tam coniugum,  
quam opum & potentiae coniunctionem ait, aug-  
menta spectare, quales quidem despōniones,  
rurissimè feliciter cedunt.

Incestus nuptiæ, que in prohibitis gradibus  
consanguinitatis, vel affinitatis, contrahuntur.  
Quo autem propriori gradu iunguntur, eo fœdi-  
or & abominabilior est copulatio, grauiorq; pa-  
radigna, ut Loth ebrius, cum filiabus incestum  
committit. Ruben nosercam contaminat. Ab-  
solon parris concubinas stuprat. Oedipus ma-  
rem dicit licet inscius.

Hac sunt tanta facinora, à quibus omni-  
m sanorum pectora abhorrent, & quæ Deus  
gravissimè puniit. Est enim vox Dei perpetua  
& immota, Omnis homo ad proximam sanguini-  
sui non accedat. Levit. 18. Ac testatur Deus,  
Egyptios & Cananitas, propter turpitudines  
idas, horribiliter puniios esse.

DE